

Advocati enim officium requirit solam doctrinam, non Doctorem, Rota Rom. part. 18. tom. 1. decis. 357. n. 10. Et 11. Advocatus, antequam causam patrocinandam suscipiat, tenetur examinare ejus aequitatem, & probabilitatem, & sincere, prout eam cognoscit, indicare suo clienti; aliter si falsa promissione, vel inani spe victorie ad expensas inducat, nec ei aperiatur periculum litis pendende, quo cognito clienti litigaturus non fuisset, tenetur ad restitutionem, ut communitur tenent DD. In causis autem probabilibus, & dubiis quoad utramque partem, potest suscipere patrocinandam, quam maluerit, etiam minus probabilem, admodum monet clientem de minore probabilitate, quia utraque pars habet jus producendi sua fundamenta in judicio, & sic Advocatus jus utramque patrocinandi; non enim semper est verus, quod videtur probabilius, & fortasse aliud poterit esse iudicium Judicis, cum saepe causa, quae uni minus probabilis, alteri probabilior appareat. Sic tenent communitur DD. Vide verb. Privilegium, art. 1. in fin. (Consonant leg. 1. jam cit. For. leg. 6. tit. 6. part. 3. leg. 14. tit. 8. lib. Ordin. animadvers. leg. 20. Styli. leg. 6. 16. 28. & 23. tit. 16. lib. 2. Recop. Cast. cum leg. 12. prope med. tit. 19. lib. 2. Ord. Reg. 10. ad fin. tit. 10. lib. For. Reg.) Nequit tamen Advocatus proferre jus sui clientis, ut certum, si solum est probabile, maxime si sit Advocatus celebris, cujus dicto stare iudicem timeatur, indeque non trutinatur fore probabilitatem utriusque partis.

Quid licitum, vetitumve sit Advocatis vel ratione sui officii, & suae personae, vel clientis, vel adversarii, vel causae: consule Strykius, dissert. jurid. tom. 2. disp. 13. per tot.

Ut homines eo magis incitarentur ad munus Advocaciae capessendum, multa comoda & privilegia sunt concessa Advocatis. Ea Strykius dissert. jurid. tom. 1. disput. 15. per tot. & Schmiegel in jurispr. canonic. civil. lib. 3. tract. 1. cap. 2. sect. 3. §. 6. ad duo genera revocant, nempe ad personalia, & realia. Privilegia personalia, quae scilicet metus personam, quam patrimonium spectant sunt I. Nobilitas arg. leg. Providendum 7. cod. de postul. leg. Cum advoc. 8. cod. de Advoc. divers. judic. leg. ult. cod. de decurion. II. Participatio privilegiorum militarium arg. 1. Advocati 14. cod. eodem, illis exceptis, quae ob ignorantiam militibus concessa sunt. III. Immunitas a tortura, argumento à militibus deducto ex leg. Miles 8. cod. de quest. IV. Immunitas a carcere, in cuius locum Advocato delinquenti honestum cubile assignandum arg. dicti l. Miles 8. V. Exemptio à poenis, quae magis ignominiosae sunt, uti suspensum, fustigatio &c. arg. leg. Aut facta 16. §. 3. leg. Capitalium 28. §. 2. & ult. ff. de poenis. VI. Quod inconsulto Principe tormentis subijci nequeunt. Mathesil. in pract. §. Expedita num. 37. Benius de priviil. Jurisconsultor. priviil. 39. num. 6. Saur. in tract. de torturali questione. VII. Quod Advocatus fabrum mallean-

cessaria, eò quod erat signanter provisum, Baccalaureum in quolibet, tali immunitate non gaudere, nullique ex secularibus esse concessam, nisi titulum, exemptionis causam ostenderit. (1)

Quidquid sit, circa honorarii praerogativam in Advocacia exercitio, dum de praelatione creditorum disceptatur (quod rationi consonum videtur) non semper talis praerogativa est attendenda, quoniam triennio à die debiti transacto, actio dummodo super eam intra idem lis contestata non fuerit, manet extincta: (2) non iudicatur hoc honorarium diversimodè quoad actionis praescriptionem à famulorum mercede, ratione servitii, aliorumque officiorum reipublicae; (3) tamen consideret debitor, quod nisi solutione, aut remissione creditoris obligatio regulariter non tollitur: per consequens, etiamsi jure fori compelli forte non possit; non meretur jure Poli excusationem.

(1) L. 2. tit. 14. lib. 6. Ordenamos, que los que son Bachilleres en derecho canónico, ó civil no se escusen, ni puedan escusar de contribuir, y pechar en pedidos, y monedas, y otros pechos reales, y concejiles:

(2) L. 32. tit. 16. lib. 2. Mandamos, que los Letrados, Procuradores, y Solicitadores solamente puedan pedir de los salarios, que corrieren de aqui adelante, lo que se les debiere de los tres años, que nitivamente hubieren pasado; y que lo demas que hubiere corrido, no sean las partes obligadas á pagarlo, no habiendose conestado demanda, sobre ello antes que hayan pasado tres años despues que el dicho salario se hubiere debidon:

tem vicinum, vel alium opificem strepiferam artem exercentem expellere possit, ne maleorum strepitu sua perturbentur studia, Ripa in leg. 1. ff. solut. mar. n. 132. Meaco. Arbitr. judic. quest. caus. 237. n. 3. & seq. Marc. decis. part. 1. q. 644. Ricior. de priviil. Audi. disput. 3. ad autem. habita tom. 2. Alia etiam privilegia personalia Advocatorum recenset Strykius dict. disp. 13. cap. 2. (Conducit lex 8. tit. 21. part. 2. §. 3. tit. 17. part. 6.)

Privilegia realia, quae non tam personam, quam patrimonium respiciunt, sunt I. Immunitas ab oneribus, & muneribus, & personalibus arg. leg. Medicos 6. cod. de profess. med. juncta leg. Grammaticos 2. cod. eodem. II. Exemptio, à recipiendis hospitibus, & militibus, leg. Sancimus 6. cod. de Advoc. div. judicior. leg. Petitiones 5. §. 2. cod. de advoc. div. judic. Tabor. de metas. part. 3. §. 2. cap. 2. art. 2. §. 4. Klock de contributione, cap. 17. III. Praelatio filiorum, quoad officium advocati supra extraneos, dict. leg. Petitiones 5. §. 5. Brunemanns com. cod. ad leg. Jubemus 4. §. 5. de advoc. div. judic. IV. Beneficium competentiae, ratione cuius ultra quam possunt creditoribus satisfacere non tenentur, arg. l. Miles 6. in princip. & leg. Item miles 18. ff. de re judic. Disentunt hac in re Donellus lib. 27. cap. 9. Enekel Baro leg. 2. de priviil. milit. cap. 19. Harpocret. §. 38. instit. de action. num. 12. & 13. Sed contrariam sententiam benigniorem esse statuit Hiliger, in Donel. Enecl. de lib. 27. c. 9. lit. N. & hujusmodi privilegium etiam ad studiosos transfert Rebuffus de priviil. Schol. n. 112. V. Jus petendi salarii, seu honorarium, seu stipendium impensi laboris, cap. Non licet 71. cod. 11. q. 3. quod antea per legem Cincium non licebat, qua de re ad, si vacat, eruditam dissertationem Brumeri ad legem Cincium.

(Privilegia & comoda, quae in Advocatorum favore ex num. 30. nunc usque recensentur, non omnia in hispania sunt concessa; verum est, literarum magistrorum militibus comparati. Leg. 3. tit. 10. part. 2. & equitis nomen, legumque dominorum eis aliquo modo convenire leg. 8. tit. 31. part. ejusd. Sed quamquam hac ita censentur, exceptis immunitatibus à turtura, à carcere prout in communi, & à poenis ignominiosis leg. 4. tit. 29. part. 7. 2. tit. 30. ejusd. p. nulla alia, ni fallor, per nostras hispanicas leges decernuntur; ubi clara datur harum immunitatum expressio est per dispositionem, magistrorum scientiarum in scholis publicis degentes & docentes amplectentem; vide add. hisp. immediatè sup. cit. l. 8. tit. 31. part. 2. quod sit à personalibus oneribus publicis; vulgo Concejiles, tamquam scientiae professores, per Regiam Provisionem inter alias, volente Advocato quodam, munera ad nobiles solum concessa obtinere, 25. Januar. anno 1762. expeditam, ad justitiam oppidi hispano sermone la Villa de Belmonte directam, demonstratur, & per eandem assertitur, propter Advocaciae exercitium nobilitate non gaudere; conducunt leg. 14. tit. 32. l. 4. lib. 4. Ord. Reg. leg. 7. tit. 4. lib. 6. Recop. Cast. nihil

(3) L. 9. tit. 15. lib. 4. Mandamos que los que ovieren vivido con qualesquier personas destos reynos, sean obligados á pedir lo que pretendieren que se les quedare debiendo del salario, y acostamiento, que tuvieren de sus Señores, u otro qualquier servicio, que les hayan hecho, dentro de tres años despues que fueren despedidos de los tales señores; y que pasados aquellos no lo puedan mas pedir, excepto si mostraren haberlo pedido dentro de los dichos tres años á los dichos sus señores, y ellos no se lo hayan pagado, ni satisfecho; y esto mismo mandamos, que se entienda, y estienda á los Boticarios, y Joyeros, y otros oficiales:

hil est equidem super hoc demorandum: nam etsi eorum sit laudabile officium, sic indicat proovium tit. 6. p. 3. & propter honorem, cum hujus artis professores adipiscuntur, quod laboris similis ratione solvitur, hodie praecipue honoratili denominationem accipiat, dum aliud dispositum non reperitur, non debent vassalli Regis Catholici doctrinae didis num. adnotatè insistere.)

48 Circa salarii multae praerogativae Advocatis competunt. Prima est, quod salarii possint exigere, etsi nihil de eo conventum sit, in ea quantitate, quam pro modo litis, Advocati facundia, & fori consuetudine praestari aequum est, leg. Praeses. 1. §. 10. ff. de extraord. cogn. (Leg. 14. jam citata, part. 3. tit. 6. leg. 9. usque ad 12. inclusivè tit. 16. lib. 2. Recop. Cast.) Secunda, quod adnumeretur peculio quasi castrensi, leg. Forti 5. leg. Cum advocatio 8. cod. de adv. div. judicior. (Leg. 2. praep. med. tit. 2. part. 3. leg. 6. & 7. tit. 17. part. 4.) Tertia, quod integrum debeat Advocato, si per eum non steterit, quominus operam suam clienti usque ad finem litis exhibuerit; ut si infirmitate correptus, aut omnino mortuus fuerit, dict. leg. Praeses 1. §. 13. ff. de extraord. cogn. qui suffragantur textus in leg. Sed addes 19. §. ult. & leg. 51. inclusivè in pr. & §. 1. ff. locati, & sic salarii initio anni solummodo ex causam supervenientem ab haeredibus repeti non potest, Antonius Faber in rational. ad leg. Qui operas ff. locati, Gail. lib. 1. obs. 4. num. 12. Maggon. in Cynos. Advoc. cap. 9. num. 28. Sunt qui praerogativam hanc solis Advocatis Fisci tribuunt; sed ad Advocatos omnes ea extenditur ab Hiligero in Donel. lib. 18. cap. 13. lit. KKK. Carzp. part. 2. decis. 136. num. 20. & seqq. Gail. 1. obs. 43. num. 12. Mer. ad jus Lubecens. lib. 3. tit. 8. not. 7. n. 28. (Leg. 9. tit. 8. p. 5. conducit lex 44. tit. 14. c. jud. part.) Quarta praerogativa, quod posthabitis reliquis creditoribus prius sit numerandum, exemplo ejus per quod res est meliorata, Jason. in leg. 2. num. 51. ff. solut. matrim. Alciatus praes. 43. reg. 3. n. 8. At hac praerogativa quando locum habeat necne, vide Strykius dict. disp. 15. cap. 3. num. 9. Carzpov. jurispr. for. part. 1. cap. 28. def. 36.

50 De delictis, quibus advocati se privilegii indignos reddunt, consule Strykius, dict. disp. 15. c. 4. per tot.

ADVOCATI CONSISTORIALES.

54 \* Advocatorum consistorialium privilegia & jura in unum colliguntur; eorum collegii antiquitas & decus assertitur; eorum duodenarii numerus, ex quibus constare debeat, declaratur: Munus Advocati consistorialis quomodo vacet, demonstratur. Eorum collegio reservatur jus presentandi tres Advocatos Summo Pontifici in casu vacationis. De eorum praecedentiis, & habitu, ac antianitate, & de jure optandi ad Decanatum, statuitur à Benedicto XIV. tom. 2. constitut. 106. incip. Inter conspicuos, §. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8.

55 Advocati Consistoriales sunt veri Papae familiares. Ad eos pertinet causas consistoriales pertractare. In causis Beatificationis, & Canonizationis scribere in jure, eademque causas in Consistorio perorare: In solemnibus Canonizationum instantias proponere; Pallium petere pro Archiepiscopis, aliisque. Ad ipsos spectat regimen Archigymnasii Urbis: Privativa facultas in Urbe doctorandi in utroque, vel altero jure ipsis assertitur, cum extinctione litis inter eosdem, & Protonotarios Apostolicos. Eorum collegio perpetuo addita sunt munera Promotoris fidei, Advocati pauperum, Advocati fisci, & Camerae Apostolicae, Advocati Fabricae S. Petri, Advocati S. P. Q. R. Comissarii Conclavis Sede Apostolica vacante: Eisdem conceditur oratorum domesticum, & facultas condendi statuta, ac removendi Officiales Collegii. Id. in cit. cons. incip. Inter conspicuos à §. 9. ad 35.

56 Advocatorum Consistorialium Decanus in actibus collegialibus praecedit omnibus de collegio etiam personali dignitate praestantibus, Id. tom. 1. consit. 98. incip. Inter plures §. 16.

57 Advocati Fisci, & Camerae Apostolicae officium incompatible imposterum decernitur cum officio Promotoris Fidei. Id. in cit. cons. Inter conspicuos §. 32. Ad-

vocatus Fisci & Camerae Apostolicae & Advocatus pauperum abstinere debent à patrocinandis alterius generis causis. Id. ibid. §. 33.

AEQUIVOCATIO, seu amphibologia. Vide verb. Acusatus à num. 31. ad 43. & verb. Juramentum art. 1. à num. 13. ad 26. ad verb. Restrictio mentalis per tot.

ETAS.

SUMMARIUM.

- 1 **Etas** incipit à die natiuitatis, non autem à die Baptismi.
- 2 Jurista septem aetates hominis distinguunt, quae assignantur.
- 3 **Etas** pro prima tonsura, & Ordinibus Minoribus requisita assignantur.
- 4 **Etas** pro Subdiaconatu, Diaconatu, Presbyteratu requisita assignantur.
- 5 Anni requisiti pro didis tribus sacris Ordinibus sufficienter incepti.
- 6 Pro Episcopatu requiruntur anni triginta completi. In regno tamen Galliae ex Concordantia sufficit, ut eligendus Episcopus inchoarit 27. annum.
- 7 Pro Cardinalatu ex Tridentino requiruntur eadem etas, quae requiritur pro Episcopatu, etiamsi essent Cardinales Diaconi. Ex Sixto V. tamen in Diaconum Cardinalem assumi potest, qui saltem in 22. aetate anno fuerit constitutus.
- 8 Pro Papatu nulla certa etas reperitur constituta.
- 9 Ex cap. tamen Indecorum 3. de etat. & qualitat. praeficiendos potest deduci, quod siquis in illis eligendis, ita immò à fortiori in ipso requiratur aetatis maturitas.
- 10 **Etas** requisita ad beneficium simplex obtinendum est etas 14. annorum.
- 11 Si verò in fundatione beneficii sit statutum, ut illud etiam conferri possit minori quatuordecim annorum, seu Fundator expressè voluerit sufficere, quod praesentatus esset Clericus prima tonsura; tunc potest sufficere etiam sola etas septem annorum.
- 12 Haec etas septem annorum sufficit ad pensionem obtinendam, nec ad eam exigitur etas quatuordecim annorum.
- 13 **Etas** sufficienter ad obtinendum canonicatum in Ecclesia Collegiata est etas 14. annorum.
- 14 Ex hoc est intelligendum, si talis canonicatus ex sua fundatione, vel statuto, aut consuetudine, nullum requirit sacrum ordinem; aliis providendus debet habere etatem requisitam ad illum sacrum ordinem.
- 15 Ex haec etas quatuordecim annorum sufficit etiam in Collegiata, in qua spectat cura animarum Canonice non uti singulis, sed uti unitis.
- 16 Et adhuc haec etas 14. annorum sufficit etiam ad obtinendam dimidiam pensionem in Ecclesia Cathedrali.
- 17 **Etas** requisita ad dignitates quatuordecim, quibus subest cura animarum, seu ad beneficia curata, est etas 25. annorum saltem inceptorum.
- 18 Ex haec etas 25. annorum inceptorum requiritur etiam ad dignitatem Ecclesiae Cathedralis, cui fit distributio missae cantatae per turnum infra hebdomadam.
- 19 Haec autem etas 25. annorum inceptorum non exigitur, nec est necessaria, quando dignitati, vel canonicatu cura animarum non subest principaliter, sed solum accessorie est ipsi unita.
- 20 **Etas** requisita ad dignitates, vel peronatus, quibus nulla subest cura animarum in Cathedralibus, est etas 22. annorum.
- 21 Hi 22. anni debent esse taliter completi, ut neque Episcopus possit in hoc dispensare.
- 22 Ad Canonicatum Cathedralis, ubi est facta distributio Sacrorum Ordinum, requiritur illa etas, quam exigit ordine Canonicatus.

BIBLIOTECA CENTRAL



- 23 Ad Canonibus Cathedralis, ubi non est facta distributio sacrorum ordinum, requiritur etas annorum 22. inceptorum.
- 24 Etas requisita ad dignitates, & personatus in Ecclesiis Collegiatis, est etas etiam 22. annorum sicut in Cathedralibus.
- 25 Et secundum multos alios, non requiritur etas 22. annorum, sed sufficit etas 14. annorum.
- 26 Etas requisita ad Generalatum, Provincialatum, Abbatiam, ceterasque similes dignitates, jurisdictione quasi Episcopali gaudentes, de jure communi est etas 30. annorum completorum.
- 27 De jure autem municipali, & particulari attendenda sunt constitutiones cujusque Religionis.
- 28 Ad hoc, ut aliqua monialis, cujuscumque sit Religionis, possit eligi in Abbatissam, seu Priorissam, debet habere quadraginta annos completos etatis, & saltem octo Professionis Regularis.
- 29 Quod si non reperitur in monasterio monialis quadraginta, potest eligi, quae annos triginta excoerit, & quinque saltem annis post professionem recte vixerit. Et si aliqua eligatur non habens talem etatem a Concilio requiritur, electio ipso jure est nulla.
- 30 Etas requisita, & sufficiens ad sponsalia est septennium completum tam in masculis, quam in feminis.
- 31 Etas requisita, & sufficiens ad Matrimonium est etas pubertatis, scilicet 12. annorum in feminis, & 14. in masculis, nisi malitia suppleat etatem.
- 32 Et haec etas debet esse completa in utroque.
- 33 Etas requisita ad professionem Regularium est etas 16. annorum completorum, tam virorum, quam mulierum in quacumque Religione.
- 34 Ad receptionem autem Novitiorum non est aliqua etas jure communi requisita. Ex decreto autem Sacrae Congregationis Novitia recipi non potest causa induendi habitum professionis in Religione, nisi duodecim annis sit major, sicut nec etiam Novitium recipi potest, nisi habeat saltem annos duodecim. Vide tamen verb. Monialis art. 1. n. 72.
- 35 Conversi autem nequam recipi ante vigesimum etatis suae annum.
- 36 Etas sufficiens ad peccatum mortale regulariter est septennium, a quo incipit obligatio confessionis sacramentalis.
- 37 Ad communionem quamvis sufficiat etas discretionis, seu usus rationis in his, qui tali etate sunt capaces concipiendi debitam devotionem circa hoc sacramentum, tamen regulariter loquendo non est concedenda communicatio eucharistica, nisi habentibus etatem undecim, vel duodecim annorum, nisi in aliquibus anticipetur propter eorum singularem &c.
- 38 Etas qua pueri, & puellae obligantur ad audiendam missam, & ad abstinendam a carnibus, regulariter etiam est septennium.
- 39 Etas, qua adolescentes incipiunt obligari ad legem jejunii, est etas 21. annorum completorum.
- 40 Regulares autem licet nedom annum vigesimum primum expleverint, tenentur a dio emissis Professionis ad omnia jejunia praecipua in sua Religione.
- 41 Ad jejunia vero ecclesiastica, quae nullo modo praecipiantur in sua Religione, non obligantur antequam annum 21. expleverint, sicut alii fideles.
- 42 Etas requisita, & sufficiens pro Patris Baptismi, & Confirmationis est etas usus rationis, seu septennium. Nec refert, an Patris sit minoris etatis, quam baptizatus, & confirmatus.
- 43 Etas requisita, & sufficiens ad votum, seu ad votandum est ea etas usus rationis, seu septennium, quae sufficit ad peccatum mortale perfecto actu humano, & directe in se volutum.
- 44 Etas requisita, & sufficiens ad incurrendam censuram, licet aliqui credant, quod sit etas duodecim saltem annorum, tamen tenendum est de rigore juris sufficere illam etatem, in qua pueri sunt doli capaces, etiam ante annos pubertatis.

**E**TAS incipit a die natalitatis, non autem a die baptismi, Sac. Cong. Concil. in Crotonen. 4. Decemb. 1627. Rota Rom. part. 18. tom. 2. decis. 263. num. 13. Juris est septem etates hominis distinguunt. Prima est infantia, quae durat usque ad septimum annum tam in masculis, quam in feminis. Secunda est pueritia, seu Impubertas, quae in feminis durat usque ad duodecim, in masculis vero usque ad decimum quartum annum completum. Tertia est adolescencia, seu pubertas, quae in utroque durat usque ad annum vigesimum quintum completum. Quarta est juvenus, quae durat usque ad quadragesimum. Quinta est virilitas, quae durat usque ad quinquagesimum, vel sexagesimum. Sexta est senectus, quae durat a septuagesimo, cum supra 70. sit proprie etas decrepita, ut tenet Sac. Rota Rom. part. 16. dec. 45. n. 8. Septima est decrepitas, quae durat usque ad mortem, seu usque ad annum centesimum, cum ex Rota Rom. p. 11. d. 14. n. 4. ultra centesimum annum atque sit inverisimilis. (Vide rec. part. prolog. sept. p. in princip.)

Etas requisita pro tonsura, & ordinibus recipiendis. Pro prima tonsura, & primis tribus minoribus, Ostiariatu scilicet, Lectoratu, & Exorcistatu, sunt anni septem completi, cap. In singulis dist. 77. Pro Acolythatu sunt anni 12. completi, cit. cap. & colligitur ex text. & glor. in cap. De his dist. 28. & cap. Cum nullus, de tempor. ordin. lib. 6. Pro Subdiaconatu sunt anni 22. Pro Diaconatu anni 24. Pro Presbyteratu 25. ex Trident. sess. 23. de reform. cap. 12. ubi habet praecisa haec verba: Nullus imposterum ad Subdiaconatus ordinem ante vigesimum secundum, ad Diaconatus ante vigesimum tertium, ad Presbyteratum ante vigesimum quintum etatis suae annum promoveatur. Qui anni requisiti a Trident. pro his tribus sacris ordinibus sufficere incipi, ut tenet comm. DD. & in praxi receptum est cum Gloss. in Clement. ultim. hoc titulo. Pro Episcopatu anni triginta completi, cap. 1. 2. & 4. dist. 78. & Trident. s. 7. c. 1. de reform. ex cap. Cum in cunctis, de elect. In regno tamen Galliae ex concordatis cum Leone X. sufficit, ut Episcopus eligendus inchoat 27. annum. Pro Cardinalatu ex Trid. sess. 24. de ref. cap. 1. requiritur eadem etas, quae requiritur pro Episcopatu, etiamsi essent Cardinales Diaconi; ex Sixti V. tamen const. incip. Postquam verus, in Diacono Cardinalem assumi potest, qui saltem in 22. suae etatis anno fuerit constitutus. Pro Papatu nulla certa etas reperitur constituta, cum etiam adolescentes, & juvenes fuerint interdum ad Pontificatum assumpti, ut Benedictus IX. decem annorum puer, ut testatur Graveson histor. ecclesiast. tom. 4. fol. 89. prima impressio Romanae, Vincentius Fuga Notitiae Orbis sacri, & profani fol. 187. & alii; Joannes XI. tertio & vigesimo anno vix expleto, ut refert dict. Vincentius Fuga loc. cit. 180. seu viginti quatuor annos natus, ut scribit Bernius in historia omnium haeresum tom. 2. sec. X. c. un. fol. 187. & alii; Joannes XII. vix natus annos duodeviginti, ut tradunt dict. Graveson loc. cit. fol. 71. dict. Vincentius Fuga loc. cit. fol. 180. & alii. Vide verb. Papa, art. 1. n. 54. Ex cap. tamen Indecorum 3. de etate; & qualitate praeficiend. potest deduci, quod sicuti in aliis eligendis, ita, immo a fortiori, in ipso requiritur etatis maturitas, quia dicit Canon: "Indecorum est, ut hi debeant ecclesiae regere, qui non noverunt gubernare seipsos, cum ad ecclesiarum regimen tales personae sint admitteadae, quae discretionem praemineant, & morum fulgeant honestate." (Per leges hispanicas, quae post septem annorum curricula a die Incarnationis D. N. J. 1213. perfectionem meruerunt, vide exordium prope fin. prologi leg. part. per consequens 350. ante Concilii Tridentini confirmationem: vide verb. ejusd. incip. Benedictus Deus: ad ordinem suscipiendos, praeterquam ad episcopatum, & parochialem ecclesiam, archiepiscopatum, decanatum, vel abbatiam obtinendum, aliae etates assignantur: Leg. 22. tit. 5. part. 1. & 27. tit. 6. ejusd. part. a septennio usque ad duodecimum annum prima tonsura cum tribus primis ordinibus recipiebatur: completo vero duodecimo acolythatus: in vigesimo subdiaconatus: ad sextum & vigesimum diaconatus; in trigesimo denique presbyteratus, nunc

nunc equidem literales dispositiones Concilii Tridentini ad unguem circa praesentem materiam observabuntur, Vid. addit. hisp. circ. Mulica, ibi reg. Sched.)

Etas requisita ad beneficium simplex obtinendum, est quatuordecim annorum (L. 3. tit. 16. p. 1.) Conc. Trid. sess. 23. cap. 6. de reform. his verbis: Nullus ante decimum quartum annum beneficium possit obtinere, & annus quartus decimus sufficit, quod sit inceptus, ex declaratione Sac. Cong. Conc. teste Armeno, in addit. ad recap. legum Navarrae, lib. 1. tit. 20. l. 2. de etatib. n. 5. Gonzalez ad regul. 8. Cancell. gloss. 5. in princip. n. 90. & alii: Si vero in fundatione beneficii sit statutum, ut illud etiam conferri possit minori quatuordecim annorum, seu fundator expressè voluerit sufficere, quod praesentatum esset Clericus primae tonsurae, tunc non requiritur etas quatuordecim annorum, sed potest sufficere etiam sola etas septem annorum. Sic decrevit Sac. Cong. Conc. ut testatur Sac. Rot. Rom. in Monopolitana beneficii, seu capellania 6. Junii 1622. coram Merlino, & in Crotonen. Capellania 5. Decemb. 1629. coram Cocino Decano. Similibus autem fundationibus non fuit derogatum per Concil. Trid. loco citato, ut fuit decisum a Sac. Cong. ejusdem Concilii teste Gonz. ad regul. 8. Cancell. gloss. 5. in princip. n. 91. Ricc. Navar. & alii; Tunc enim standum est juris communis dispositioni, secundum quam etiam Clericus primae tonsurae, & in septimo anno constitutus, erat capax simplicis beneficii, cap. Si eo tempore, de rescriptis, & Rota Rom. part. 2. in Granaten. Capellania Dec. 194. n. 2. 12. Januarii 1606. coram Reverendissimo Lugdun. Et haec etas septem annorum sufficit ad pensionem obtinendam, nec ad eam exigitur etas quatuordecim annorum requisita per Tridentinum ad beneficia ecclesiastica; Sic decisum fuisse a Sac. Cong. Concilii refertur Gonzalez ad regul. 8. Cancell. gloss. 5. num. 26. Lezana, Barbosa, & alii.

Etas sufficiens ad obtinendum canonicatum in ecclesia collegiata est etas quatuordecim annorum; super his enim canonicatus nihil innovavit Concilium Tridentinum, ut censuit Sac. Cong. Conc. teste Gallet. in Margarita casuum conscientiae verb. Canonicus 3. pag. 29. cum Gonzalez de regul. 8. Cancell. gloss. 5. n. 29. Piasc. in praxi nova Episcop. cap. 5. n. 21. pag. 350. Armend. lib. 1. de etate n. 8. Aloysio Ricc. & alii: aedque standum est pro his canonicibus juris communis dispositioni, secundum quam sufficit etas 14. annorum pro his obtinendis, cap. Super inordinata 35. juncti gloss. verb. Pueri, de Praebend. Et hoc est intelligendum in tali canonicatus ecclesiae collegiatae ex sua fundatione, vel statu, aut consuetudine nullum requirit sacrum ordinem, alias deberet providendus esse constitutus in illis sacris ordinibus, quos requireret talis canonicatus, vel in ea etate, qua infra annum a jure statutum posset ad illos ordines promoveri, ut cum communi sentit Aloysius Riccius in praxi aurea resob. 139. n. 3. Et haec etas quatuordecim annorum sufficit etiam in collegiata; in qua spectat Cura animarum Canonicis, non uti singularis, sed uti unitis; Sic decisum fuisse a Sac. Congreg. Concil. refertur Gonzalez ad regul. 8. Cancell. in princip. n. 92. Ricc. Piasc. Barbos. & tenet Rot. Rom. part. 10. decis. 31. n. 33. Et adhuc haec etas quatuordecim annorum sufficit etiam ad obtinendam dimidiam portionem in ecclesia cathedrali; Concilium enim Trid. sess. 24. de reform. cap. 12. ubi requirit etatem necessariam ad ordines sacros pro canonicibus & portionibus in cathedralibus, non loquitur de dimidiis portionibus, ut ipsum legenti patet; nec ejus verba debent extendi ad dimidias portiones in iisdem cathedralibus; pro quibus dimidiis portionibus nec requiruntur ordines, prout decisum fuisse a Congr. Concil. refertur Gonzalez ad regul. 8. Cancell. gloss. 5. num. 94. Didac. Narbona tract. de etate ad omnes humanos alios requisita, ante quatuordecimo q. 57. num. 5. Campan. & alii. b. sup. A. lumps. 2297.

Etas requisita ad dignitates quascumque, quibus subest cura animarum, seu ad beneficia curata, & regimen ecclesiae parochialis, est etas viginti quinque annorum saltem inceptorum; cap. Cum in cunctis 7. §. Inferiora de election. juncto cap. Licet. Canon 14. eodem titulo in 6. Ferrar. Biblioth. Tom. 1.

ubi habentur praecisa verba: Decernentes, collationes de parochialibus ecclesiis, his, qui non attigerint vigesimum quintum annum, de cetero faciendas, viribus omnino carere; & Concil. Trid. sess. 24. de reform. cap. 12. ubi habet: Nemo igitur deinceps ad dignitates quascumque, quibus animarum cura subest, promoveatur, nisi qui talem 25. suae etatis annum attigerit. Et haec etas 25. annorum inceptorum requiritur etiam ad dignitatem ecclesiae cathedralis, cui fit distributio missae cantatae per tertium infra hebdomadam, cum habeat onus annexum, ac proinde teneatur per se adimplere, Sac. Cong. Conc. in Crotonen. 4. Decembris 1627. Haec autem etas 25. annorum inceptorum requisita ad obtinendas ecclesias parochiales, seu dignitates, quibus subest cura animarum, non exigitur, nec est necessaria, quando dignitati vel canonicatu cura animarum non subest principaliter, sed solum accessorie est ipsi unita: Sic decrevit Sac. Cong. Conc. his verbis. Si aliqua parochialis esset unita alicui canonicatu ecclesiae cathedralis accessorie, sufficit vixiginti duo anni. Ita refert Gonzalez ad regul. 8. Cancell. gloss. 9. num. 4. Gallet. in Margarita casuum conscientiae verb. Canonicatus 5. & verb. Parochus, Aloysius Ricc. Garzias, & alii; & ita fuisse in Rota decisum refert Sraphin. dec. 1183.

Etas requisita ad dignitates, vel personatus, quibus nulla subest cura animarum in Cathedralibus, est etas 22. annorum; Concil. Trid. sess. 24. de reform. cap. 12. praecisis his verbis: Ad ceteras autem dignitates, vel personatus, quibus animarum cura nulla subest, Clerici alicuius idonei, & vixiginti duobus annis non minore adsciscantur; Qui anni viginti duo debent esse completi, tamen quod neque Episcopus possit in hoc dispensare, ut censuit Sac. Cong. Conc. 20. Septemb. 1631. dicens: Dignitates in ecclesia cathedrali non habentem animarum curam non posse conferri, nisi ei qui habuerit 22. annos completos, & Episcopus non posse dispensare. Ad canonicatus cathedralis ubi est facta distributio sacrorum ordinum, requiritur illa etas, quam exigit ordo canonicatus, id est, ad canonicatum subdiaconalem 21. annorum, diaconalem etas 22. annorum, & sacerdotalem etas 24. annorum; cum respective omnes sint in tali etate, ut infra annum possint ascendere ad ordinem a suo canonicatu requisitum; Sic expressè Tridentinum cit. sess. 24. de reform. cap. 14. Neminem etiam deinceps ad dignitatem, canonicatum, aut portionem accipiant, nisi, qui eo ordine sacro aut sit. initiatus, quem illa dignitas, praebenda, aut portio requirit, aut in tali etate, ut infra tempus a jure, & ab hac Sancta Synodo statutum initiari valeat. Ad canonicatum autem cathedralis, ubi non est facta distributio sacrorum ordinum, requiritur etas annorum 22. inceptorum; sic Sac. Congreg. Conc. in una Algarb. ubi sicuti refert Nicolaus Garzias de benef. p. 7. cap. 4. n. 9. censuit, quod etiam in ecclesia, ubi non fuit facta distributio sacrorum ordinum, requiritur quod praevius de canonicatu ad minus attingat 22. annum, & quod collatio facta habenti 20. tantum non valet; sed ad minus debet esse constitutus in vigesimo primo anno, ita quod possit infra annum ad sacrum Subdiaconatus ordinem promoveri, ut declaravit eadem Sac. Cong. Conc. die 4. Augusti 1654.

Etas requisita ad dignitates, & personatus in collegiatis secundum multos est etas 22. annorum, sicuti in cathedralibus: sic tenent, & decisum fuisse a Sac. Cong. Conc. refertur Nicolaus Garzias de benef. part. 7. cap. 4. num. 59. & 62. Armeadantz, Didacus de Narbona, Filliucius, Castropalao, & Ragnan. in cap. Cum in cunctis num. 48. & sequenti de election. & eorum ratio est, quia Trident. loc. cit. cap. 12. in principio dicit: In Ecclesiis praesertim cathedralibus, ubi illa particula praesertim videtur includere alias praeter cathedrales. At secundum multos alios ad dignitates, & personatus in collegiatis non requiritur etas 22. annorum, sed sufficit etas annorum 14. juxta dispositionem juris communis, cap. Super inordinata juncti gloss. verb. Pueri de praebend. Et ratio istorum est, quia Conc. l. c. cap. 12. loquitur solum de ecclesiis cathedralibus, & non de collegiatis; dicit enim. Cum dignitates in ecclesiis, praesertim

BIBLIOTECA CENTRALIS U. A. L.



verum cathedralibus, adeoque non extendendum est ad collegiatas; nec illa cathedralia praesertim videtur includere alias praeter parochias, sed solum videtur innuere, quod haec etiam quodam speciali jure requiratur ad dignitates in cathedralibus, cum ista quodam speciali sine sint instituta, ut Episcopos in ministerio, & officio praesertim immediatis adjurent, & tamquam lucerna super candelabro in cathedralibus praesertim aliis ecclesiis eminentioribus omnibus aliis praesertim exemplo virtutum, ut qui eas; dicitur ibi Concilium, obtinerent, pietate praecellent, aliisque exemplo essent, atque Episcopos operari, & officio juvarent; & pro hac sententia stant, & sic decisum fuisse à Sac. Cong. Conc. referunt Gonzalez ad reg. 8. *Conc. gloss. 9. n. 82. Piasec. Aloysius Ricc. Novar. Squilant. Zelot. de Luca de Canonis d. 3. n. 2. Barbosa in Trident. sess. 24. cap. 12. n. 13. & part. 3. de offic. & potest. Episc. alleg. 60. n. 67. Alzed. & Fr. Emmanuel. qq. regul. tom. 1. q. 11. art. 2. & in addit. ad Bullam compositionis n. 4. ubi ait, Christophorum Velam Archiepiscopum Burgensem contulisse dignitatem Scholasticae collegiate ecclesiae de Aguilar de Campo cuidam Scholari, qui non habebat majorem aetatem 17. annorum, & cum litigaretur super hoc, fuisse judicatum collationem esse canonicam, & juridicam.*

26 Aetas requisita ad Generalatum, Provincialatum, Abbatiam, ceterasque similes dignitates jurisdictione quasi episcopali gaudentes de jure communi, est aetas 30. annorum completorum. Colligitur ex cap. Cum in cunctis de electione. (Leg. 22. tit. 5. p. 1.) & sic decisum fuisse à Sac. Cong. Conc. referunt Riccius in *praxi fore. Ecclesiasticae resolut. 56. part. 4. Joan. Maria Novarius in Lucerna Regul. verb. Aetas*, & alii. De jure autem particulari, & municipaliter attendendae sunt constitutiones cujusque religionis, cum varie disponant de aetate requisita ad omnes respective praedictas dignitates, & officia ordinis. Ad hoc ut aliqua monialis, cujuscumque sit religionis, possit eligi in Abbatissam, seu Priorissam, debet habere quadragesima annos aetatis, & saltem octo professionis regularis. Conc. Trid. sess. 25. cap. 7. de Regularibus. & Monialibus. & annus quadragesimus debet esse completus ex Sac. Cong. Concil. in una Neapolitana 24. Septemb. 1678. Quod si non reperiretur in monasterio monialis quadragesima, posset eligi quae annos triginta excesserit, & quinque saltem annis post professionem recte vixerit, ex eodem Concil. *ibidem*. Et si aliqua eligatur non habens talem aetatem à Concilio requisitam, electio ipso jure esset nulla, ut declaravit Saci Cong. Concil. in una Viterbiensis 16. Maji 1623. Vide verb. Abbatissa num. 3. & 5.

30 Aetas requisita, & sufficiens ad sponsalia est septennium completum tam in masculis, quam in feminis, cap. Literas 4. cap. Accessit 5. & cap. Ad dissolvendum 13. de despons. impub. Aetas requisita, & sufficiens ad matrimonium est aetas pubertatis, scilicet aetas 12. annorum in feminis, & 14. in masculis, nisi malitia suppleat aetatem, *prin. Instit. de Nupr. & leg. 4. ff. de ritu Nupr. cap. Puberes 3. cap. Attestationes 10. & cap. fin. de desponsat. impub. (Leg. 6. tit. 1. p. 4. 6. tit. 2. ejusd. p.)* Et haec aetas debet esse completa in utrisque, cap. Ex literis de despons. impub. Aetas requisita ad professionem regularem est aetas sexdecim annorum completorum tam virorum, quam mulierum in quacumque religione, Conc. Trid. sess. 25. de Regularibus. & Monialibus. cap. 15. ubi habet praecisa verba: *In quacumque Religione, tam virorum, quam mulierum professio non fiat ante decimum sextimum annum completum. (Vid. Auct. Ac. 4. §. 26. tit. 1. lib. 4. Recop. Cast.)* Ad receptionem autem Novitiorum non est aliqua aetas Jure communi requisita, immo ex et. Nullus, de temp. ord. in 6. colligitur etiam in infantili aetate posse novitios ad habitum admitti. Ex decreto tamen Sac. Cong. Episcop. & Regular. 1. Martii 1608. Novitia recipi non potest causa induendi habitum professionis in religione, nisi duodecim annis sit major; Sicut nec etiam Novitius recipi potest, nisi habeat saltem annos duodecim, ex decreto Sac. Cong. Conc. 20. Martii 1611. (Vid. leg. 3. & 4. tit. 7. p. 1.) Vide tamen verb. Monialis art. 1. n. 72. Conversi autem nequeunt

recipi ante vigesimum aetatis suae annum. Clemens VIII. *constit. incip.* Cum ad regularem disciplinam, ubi in fine §. tertii habet praecisa verba: *Ipsi autem Conversi non recipiantur ante vigesimum aetatis suae annum.*

36 Aetas sufficiens ad peccatum mortale regulariter est septennium, in ipso enim septennio regulariter dicitur quisque perverens ad annos discretionis, à quibus incipit obligatio confessionis sacramentalis; cap. Omnis utriusque, de panit. & remis. ubi habetur praecisa verba: *Omnis utriusque sexus fidelis postquam ad annos discretionis pervenit, omnia sua peccata semel in anno confiteatur proprio Sacerdoti. Ad communionem autem quamvis sufficiat aetas discretionis, seu usus rationis, in iis, qui in tali aetate sunt capaces concipiendi debitam devotionem circa hoc sacramentum, tamen regulariter loquendo non est concedenda communio eucharistica, nisi habentibus aetatem undecim, vel duodecim annorum, nisi aliquibus anticipetur propter eorum singularem praesertim de hoc sacramento devotionem, & pleniorum de eo cognitionem. (Vid. leg. 34. tit. 4. p. 1.)*

38 Aetas, qua pueri, & puellae obligantur ad audiendam missam, & abstinendum à carnibus, regulariter est pariter septennium completum, quia tunc praesumuntur habere sufficientem usum rationis; septennio enim completo habent tantum usum rationis, ut sufficiat in utrisque ad contrahenda sponsalia, ex cit. c. Literas 4. c. Accessit 5. & c. Ad dissolvendum 13. de desponsatione impuberum, & sic tenent magis comm. DD. cum Sanch., Azor., Bonac. Torn. Bass. & aliis multis, Aetas, qua adolescenter incipiunt obligari ad legem jejunii, est aetas 21. annorum completorum, quia ecclesia illosolum obligat, qui incipiunt corpore consistere; communiter autem crescunt omnes, & firmantur saltem usque ad annum vigesimum primum completum. Regulares autem, licet nedum annum vigesimum primum expleverint, tenentur à die emissa professionis ad omnia jejunia praecipua in sua religione, quia per votum renuntiant privilegio aetatis, & obligatio regulae est distincta ab obligatione temperantiae, quam intendit lex ecclesiae. Ad jejunia vero merè ecclesiastica, que nullo modo praecipiuntur in sua regula, non obligantur, antequam annum vigesimum primum expleverint, sicut alii fideles, quia ecclesia nullo praecipio obstringit magis eos, quam alios fideles: nec regula, ut supponitur, aliquid disponit de istis jejunii merè ecclesiasticis. Et sic tenent Silvester, Azorius, Sa, Fagundes, Sanchez, Tabiena, Silvius, & alii magis comm.

42 Aetas requisita, & sufficiens pro Patris Baptismi, & Confirmationis, est aetas usus rationis, seu septenni; Nec refert, an Patris sit minoris aetatis, quam Baptizatus, & Confirmatus, quia nullo praecipio, seu canone requiritur, ut sit majoris aetatis, ut tenet Barb. de offic. & potest. Episc. alleg. 36. n. 39. Ledesma, Sayr. Gobat, & alii passim. Aetas requisita, & sufficiens ad votum, seu ad votendum est aetas usus rationis, seu septenni, quae sufficit ad peccatum mortale perfectò actu humano, & directò in se volutum. Sic DD. ferè comm. Aetas requisita, & sufficiens ad incurrendam censuram, licet aliqui credant, quod sit aetas duodecim saltem annorum; tamen tenendum est de rigore juris sufficere illam aetatem, in qua pueri sunt doli capaces ante annos pubertatis, ut clare supponitur cap. ult. de sentent. Exc. (Vide verb. Credo art. in fin. & verb. Matrimonium art. 2. in fine.)

45 Aliquando multum interest probare diem natalem alicujus: De eo autem queritur, an is probari possit ex libris baptismi, in quibus adnotatus sit. Multi in ea sunt sententia probari posse. Ad contrarium tenent Bohener. in decretal. lib. 2. tit. 22. §. 2. Idem Auctor in iure parochial. sect. 4. cap. 1. §. 30. & rursum in *animadvers. ad Instit. Fleur. part. 2. cap. 6. §. 10. lit. I. Capye. Lacro dec. 166. num. 52. Rot. in Tullen. Coadjuvorie 13. Jun. 1629. §. secundo idem obijctum cor. Normann. impressa apud Alphons. de Leon. de offic. Cappellan. q. 4. sect. 6. Idemque videtur fuisse sensus Sac. Congreg. Concil. interpretis in Perusina Restitutio in integrum 1. Augusti 1750, in qua petita nullitate professionis eo sub motivo, quod perensis die natali adnotato in libro baptismorum, & die professionis adnotato in*

registri ejusdem, deficerent aliquot horae ad justam aetatem Professi, Sac. Congr. censuit defectum paucarum horarum utique sufficere ad nullitatem professionis, at non probari diem natalem ex libro baptismorum. Libri enim baptismorum ubi ad praescriptum Concilii Tridentini sess. 24. cap. 2. de Reform. conscripti, & conservati sunt, probant utique baptismum, comaternitatem, & alia quae coram parochis vi proprii officii geruntur; nequaquam vero attendi possunt circa aetatem, & similia, quae parochi ex aliorum relatione habent, & quorum cognitio ad officium ipsorum parochorum minime pertinet.

47 De aetate requisita ad simplicia beneficia fundata ante Concilium Tridentinum non levis questio est. Sunt qui tenent, non requiri aetatem quatuordecim annorum ab ipso Concilio Tridentino statum pro ipsis beneficiis simplicibus assequendis, sed sufficere aetatem septem annorum de jure antiquo requisitam, cui fundator se conformasse praesumitur. Vide Novar. *quest. forens. part. 1. quest. 71. num. 5. & sequent. Leuren. for. benefical. part. 2. sect. 1. cap. 2. §. 3. quest. 160. Rot. in recent. decr. 403. num. 17. & sequent. part. 4. tom. 2. cor. Merlin. decr. 40. d. num. 13. ad plur. sequent. & in Valentina beneficii 8. Maji 1747. §. 15. cor. bon. mem. Vicecom. At eodem supremo tribunal alius placuit haec distinctio: quod aut constat, fundatorem vel expressè, vel tacitè indicium aliquod dedisse, quod contentus erat aetate impuberi, & in hoc casu nova dispositio Concilii Tridentini non afficit hoc beneficium ex ratione illa, quod Concilium Tridentinum voluntati fundatorum minime derogavit. Aut vero non constat, fundatorem vel expressè vel tacitè significasse, quod dicta aetate contentus erat, & in hoc casu nova dispositio Concilii Tridentini afficit hoc beneficium quamvis antea fundatum. Vide Rot. in Gerunden. Beneficii 25. Jun. 1723. §. Nec evitari, & sequenti cor. bon. mem. Cerr. & in Thelesina seu Cerretana Beneficii 16. Jun. 1754. §. 17. cor. R. P. D. Elephantus.*

49 De aetate ad omnia beneficia superiora, & inferiora tum secularia tum regularia requisita, adi, ubi res postulat, Joannem de Laur. in peculiari tractatu ita inscripto. De aetate vero ad omnes humanos actus requisita, consule pro re nata Didacum Narbona in tractatu pariter ita inscripto. &

AFFECTIO Beneficij. Vide verb. Beneficia art. 8. per tot.

AFFILIATIO RELIGIOSORUM.

SUMMARIUM.

- 1 AFFILIATIO Religiosorum quando dicitur fieri.
- 2 Ut hujusmodi affiliatio sit valida, tria concurrere debent, & assignantur.
- 3 Quoad consensum Conventus à quo, & ad quem Sac. Cong. Episcop. & Regul. aliquando dispensat, & afferuntur ad hoc variae dispensationes, usque ad num. 7.
- 4 Sic similes resolutiones Sac. Cong. ex particularibus facti circumstantiis in uno, vel altero casu edita, non sunt generaliter servanda, nec faciunt statum pro omnibus aliis casibus &c.
- 5 Affiliationes, an fieri debeant votantibus etiam illis Religiosis, veris quidem filiis illius Conventus, in quo sunt, sed in aliis Conventibus Religiosis commorantibus; vel à solis Religiosis commorantibus de familia in Conventu in quo sunt, sive sint illius filii, sive non? usque ad n. 12.
- 6 Sacra Congregatio Episcop. & Regular. in causis affiliationum solet praeculibus habere bonas qualitates Religiosi affiliati, quo casu solet sanare aliquas nullitates, & suppleri aliquos solemnitatis defectus.
- 7 Nec solet dicta Sac. Congr. attendere ad pretensas, & obiectas violentias, & metum, quibus ab adversariis interduci astringitur procurata affiliatio.

15 Apud Fratres Minores de Observantia, & Reformatos non habentes Filiationes Conventuales, incorporatio, & transitus ad alienam Provinciam quomodo faciendae?

16 Nullus inferior Superioribus Generalibus, etiamsi sit Visitator in amplissima forma deputatus, potest aliquem incorporare nisi conformiter ad statuta Generalia.

17 Tollitur auctoritas Ministri Poloniae incorporandi Fratres unius illarum Provinciarum in aliam.

18 Incorporatio Albanensium in aliam Provinciam interdicitur, & rogantur Superiores Generales, ut ab ipsa abstineant, nec permittant.

19 Ab incorporatione recedendum panes.

20 Pro aliis Religionibus, seu Congregationibus non habentibus Filiationes Conventuales, attendenda sunt quoad hoc propriae ejusque Constitutiones.

AFFILIATIO Religiosorum solet frequenter fieri, cum saepe saepius reperiantur Religiosi, qui justis de causis, eorum Superioribus benevolis, affiliantur conventibus, seu monasteriis, ut provinciis diversis ab illis, in quibus professionem emiserunt, quae professio operatur veram religionem filiationem. Ad hoc ut hujusmodi affiliatio sit valida, tria concurrere debent, scilicet licentia Superioris, consensus Religiosorum illius conventus, cujus erat filius, & situs, in quo fit affiliatio, ut notat Fontan. *ad constit. ord. Praed. verb. Affiliationes num. 4. Ursaya Instit. crim. lib. 4. tit. 7. num. 93.*

Quamvis autem juxta affiliationis naturam concurrere semper debeat consensus conventus à quo, & ad quem; ex particularibus tamen facti circumstantiis Sac. Cong. Episcop. & Regul. aliquando dispensat, ut de facto circa consensum conventus à quo dispensavit die 24. Aprilis 1706. cum quatuor Religiosis Conventualibus, qui affiliati fuerunt conventui S. Mariae Gratiarum Albani cum sequenti tamen clausula: *Ita tamen ut omnia bona, & elemosinae ab omnibus quomodocumque acquisita primo conventui incorporate intelligantur. Et die 10. Januarii 1719. in una Neapolitana favore Baccalauraei Anselmi Viani Conventualis respondit pro gratia affiliationis cum derogatione consensus Religiosorum conventus à quo, & ad quem, ut patet ex Decreto sequenti tenoris.*

Sacra Congregatio &c. attendens relationibus P. Vicarii generalis & P. Procuratoris Gener. Ordinis, ac iidem attendens specialibus circumstantiis, & rationibus, benigne remisit arbitrio ejusdem Vicarii Generalis, ut Oratorem affiliet in praefato Conventu, non obstante defectu consensus Conventus à quo, & ad quem, ita tamen, ut jura quaerita primo dicto Conventui integra, & illibata remaneant. Non obstante &c. Romae 20. Januarii 1719.

Attenta facultate nobis concessa, aggregamus in Filium conventus nostri S. Antonii extra portam Medinam Neapolis Patrem Baccalaurum Anselmum Viani Sacerdotem, non obstante defectu consensus amorum conventuum, à quo scilicet, & ad quem, remansit tamen integro, ac illibato jure acquisito omnium bonorum conventui à quo, juxta decretum ejusdem Sacrae Congregationis non obstantibus &c. Fr. Joseph Baldraui Vicarius Generalis.

Non acquiescentibus autem oppositoribus, reposita causa die 12. Martii 1719. rescriptum fuit, *Pro omnimoda executione decreti Vicarii Generalis, & amplius causa non proponatur. Idemque practicum fuit ab eadem Sac. Congr. Episcop. & Reg. an. 1687. in una Florentina ad instantiam conventus Sanctae Crucis Florentinae, quae resolutio in publica forma adducta fuit in dicta Neapolitana anno 1719.*

Advertendum tamen est hic, quod similes resolutiones Sacrarum Congreg. ex particularibus facti circumstantiis in uno, vel altero casu editae, non sunt generaliter servandae, nec faciunt statum pro omnibus aliis casibus, in quibus eadem circumstantiae non concurrunt, ut distinguendo observat Rota in Hispanens. juris votandi 4. Februarii 1697. §. distinguentes, coram Card. Caprara, ibi: *Declaratio ipsa Sacrae Congregationis facit legem generalem.*

BIBLIOTECA CENTRAL



ralem ubique servandam, nisi super specialiter alicujus carui fuerit consultum: Sic Ursaya tom. 3. part. 2. discept. 16. num. 206. & lib. 1. tit. 10. §. 4. instit. crimin. num. 149. & seq. cum multis aliis ibi citatis. Vide verb. Declarationes, & Decreta.

9 An autem tales affiliationes fieri debeant votantibus etiam illis Religiosis, veris quidem filiis illius conventus, in quo fiunt, sed in aliis conventibus religionis à Superioribus legitime collocatis, vel à solis Religiosis commorantibus de familia in conventu, in quo fiunt, sive sint illius filii, sive non, variant DD. & variè sæpius respondit Sacra Cong. Episc. & Regul. juxta diversas circumstantias personarum, locorum, temporum, & hujusmodi. In Eugubina enim 29. Martii, & 27. Aprilis 1703. ponente Eminentiss. Tanara nedom admissa fuit pro valida aggregatio Patris Pagnini Lucensis ad monasterium S. Petri Eugubii Congregationis Olivetanæ, sed ulterius in concursu verorum filiorum ejusdem monasterii prælationem obtinuit ad Abbatiam tunc vacantem, non obstante quod aggregatio facta fuisset cum solo consensu, & presentia duorum ex 14. Religiosis veris filiis ejusdem monasterii, quorum 12. tempore aggregationis moram faciebant in aliis monasteriis Religionis, Et in Neapolitana Affiliatione 11. Aprilis 1704. ad relationem Eminentissimi Gabrielli, in cuius terminis major pars Religiosorum conventus S. Antonii extra Portam Medinam Neapolis Ordinis Minorum Conventualium S. P. N. Francisci, cui facta filiatio P. Magistrum Bonaventuræ de Nicolao, moram faciebat in diversis conventibus Religionis.

12 In una autem Dominicanorum die 26. Novemb. 1706. eadem Sac. Cong. Episcoporum & Regular. ad validitatem affiliationis per viam legis demandavit ut infra. "In causa Provincie Lombardie pro Dominicanis; filiatio- nes, & transfigurationes respectu utriusque conventus à quo, & ad quem faciendas esse à capitulis conventuali- bus, per secreta suffragia cum interventu duarum ex tribus partibus omnium filiorum, computatis tam presentibus, quam absentibus, absentes vero, quatenus numerus præsentium non ascendat ad duas integras partes respectu omnium, esse omnino expectandos usque ad complementum dictarum duarum partium ex tribus sub pœnam nullitatis quarumcumque affiliationum, & transfigurationum hujusmodi." Pro cuius rescripti executione respondit die 13. Martii 1710. pro eisdem Dominicanis ibi: Dominicani de Lombard. transfigurationem non sustineri, & procedendum esse ad novam propositionem Fr. Campolini, servata forma postremi decreti generalis.

13 Sacra Cong. Episcoporum & Regular. in causis affiliationum solet præ oculis habere bonas qualitates Religiosorum affiliati, quo casu etiam aliqua concurrat nullitas, vel solemnitas defectus, solet illas sanare, vel per se ipsam quando illius facultates ad id se extendunt, vel rescribere ad D. Secretarium cum Sanctissimo pro sanatione, quando agitur de defectu, qui Summi Pontificis auctoritate sanari, & suppleri debet, ut præcavit ead. Sac. Cong. in Quiten. 24. April. 1693. ponente Eminentiss. Nigro- no mediante Rescripto: Cum Sanctissimo pro sanatione Capituli cum omnibus inde secuis, confirmato die 21. Augusti ejusdem anni ad relationem Eminentissimi Maricorri. Nec solet D. Sac. Cong. attendere præteritas, & objectas violentias, & metum, quibus ab adversariis interdum assertur procurata affiliatio, ut præcavit in D. Neapolitana Affiliatione 11. Aprilis 1704. in qua eadem Sac. Cong. nedom attendere noluit affectatas ar- testationes, & dispositiones aliquorum religiosorum, sed nec etiam relationem patris procuratoris generalis circa præteritas violentias, & metum quibus afferebatur procurata affiliatio.

15 Quoad Fratres Minores de observantia, & Reformatos, qui non habent filiationes conventuales, pro incorporatione eorumdem in aliena provincia diversa ab illa, in qua professionem emiserunt, habetur in suis generali- bus constitutionibus statutum ut sequitur. "Nemini liceat in aliena incorporari provincia, nisi natus fuerit ejusdem; & tunc de utriusque provincie capitulari consensu, & postquam incorporandus in illa provincia biennio saltem commoratus fuerit, incorporetur, nisi su-

periori generali aliter visum fuerit, declarantes, quod hoc modo incorporatus locorum, & præcedentiam non à die habitus, sed à die incorporationis obtineat.

"Ordinatur quod nullus inferior generalibus valeat incorporare quempiam fratrum in aliena provincia, nisi conformiter ad ea, quæ in statutis generalibus sunt ordinata; sed neque ad hunc effectum incorporandi sufficiat auctoritas, quæ Visitoribus datur, quamvis in forma data sit amplissima, & cum potestatis plenitudine.

"Tollitur auctoritas Ministrorum Poloniarum incorporandi fratres unius illarum provinciarum in aliam sub pœna privationis mandantibus, & recipientibus. Sic ad litem in compilatione statutorum Sambucæ cap. 2. §. 8. num. 31. 32. & 33."

Pro provincia Albanæ in congregatione generali celebrata Romæ die 20. Martii 1679. statutum fuit, ut infra. "Si quis frater ejusdem provincie in alia incorporate perpetuo privatus sit acibus legitimis, nec possit institui Lector, aut Prædicator; de his vero, qui in alienis provinciis jam incorporati sunt, Reverendis. P. Commissariis Generalis informationem capiat de modo, quo fuerunt incorporati, & si ipsos non legitime incorpora- tos inveniat, statim excoꝛgatos declareat, & ad propriam provinciam remittat. Rogat autem Diffinitorium Generale Reverendissimos Patres Ministros, & Commissarium Generalem, ne imposterum aliquem præfate provincie religiosum auctoritate propria in alia incorporent, aut quomodocumque incorporari permittant, cum adeo in propria pro ejusdem conservatione, & animarum salute necessariis sunt."

In capitulo 73. generali celebrato Romæ 1. Junii 1664. habetur provisum, ut infra quoad revertentes ad propriam provinciam postquam fuerint incorporati in alia; ibi num. 14. "Statuitur, quod de novo revertentes ad propriam provinciam in aliena incorporationi non gaudeant præcedentia, nisi à die novæ receptionis, & incorporationis, subeantque taxam per constitutionem generalem segoviensem, videlicet.

"Quicumque in alia provincia incorporatus ad suam reverti impetraverit, in sua mobilitatis pœnam non recipiatur nisi per bimestre Caparoneum portaverit; si autem de mandato Prælatorum pro utilitate sue provincie, ad instantiam maxime Patrum ejusdem provincie revertenti, nulla afficiatur pœna." Cronolog. Ordin. tit. de incorpor. pag. 622. col. 2. Theatrum Regul. verb. Incorporatio.

Pro aliis autem religionibus seu congregationibus non habentibus filiationes conventuales, attendende sunt quoad hoc proprie jusque constitutiones.

§ Generalis, aut Provincialis an possint aliquem affiliare alicui conventui sine hujus consensu, & exsilare ab alio conventu, confer Hurtad. resol. morh. de resid. Sac. lib. 4. resol. 6. subres. 2. Bordon. resol. 79. num. 16. Quando conventus ex filiatione acquisivit solam spem ad bona professi, professus eam secum transfert in secundum conventum, cujus de novo efficitur filius, Bordon. ubi supra num. 21. Glossa cap. unic. caus. 18. q. 1. Si in religione probatus adsit usus, ut professor de licentia Superiorum habeat aliquos redditus, pensiones, libellos, eos secum transferet quoad usum usque ad suam mortem, Hurtad. loc. laud. resol. 6. subres. 4. num. 1. & 2. Generalem, conventu resistente, non posse bona acquisita professi transferre in secundum conventum, tradit Bordonus loc. cit. num. 26.

Non idem procedit de transitu ab una religione ad aliam, ac de uno conventu in alium, in quo de novo affiliatur; nam in primo casu, ut quis secum transferat ea, quæ habet ad religionem, ad quam transit, non sufficit consensus religionis à qua, sed requiritur beneplacitum apostolicum; in transitu vero de uno conventu in alium, sufficit consensus Capituli conventus à quo, una cum licentia aut Generalis, aut Provincialis, Hurtad. de con- gr. Eccles. resol. 2. §

AFFINITAS.

ARTICULUS I.

SUMMARIUM.

- 1 Affinitas quid sit.
- 2 Ut contrahatur affinitas debet copula esse perfecta ad generationem prolis sufficiens per seminum commixtionem, taliter quod licet virginitatis claustrum frangatur, seu penetretur, si tamen extra vas muliebri effunditur, non contrahitur affinitas.
- 3 Immo ita dependet affinitas ex seminum commixtione, ut ipsa nec contrahatur ex matrimonio rato nondum consummato, licet ex eodem oriatur impedimentum publicæ honestatis.
- 4 Affinitas contrahitur ex copula perfecta habita cum femina prorsus invita, & renitente, & etiam dormiente, aut ebria, & contra cum simili viro dormiente, ebrio &c. ad num. 5.
- 5 Affinitas jure antiquo dirimebat matrimonium usque ad septimum gradum.
- 6 At novo, & hodierno jure ex copula licita dirimit matrimonium solum usque ad 4. gradum.
- 7 Et affinitas orta ex copula illicita dirimit solum usque ad secundum, ad num. 9.
- 8 Affinitas non parit affinitatem.
- 9 Hinc unus potest successivè ducere duas feminas, quo nuperunt duobus fratribus; Duo fratres possunt ducere duas sorores, & unus eorum potest ducere matrem, & alter filiam, Pater, & filius ducere matrem, & filiam, & sic de filiis similibus affinitas.
- 10 Licet antiquo jure tria fuerint genera affinitatis, cujus secundum, & tertium genus complectebatur supradictos, & similes casus.
- 11 Novo tamen, & hodierno jure est unicum tantum genus affinitatis, scilicet inter virum cognoscentem, & consanguineos feminæ cognite, & contra inter feminam cognitam, & consanguineos viri cognoscentis.
- 12 Ad dignoscendos gradus affinitatis sufficit cognitio arboris consanguinitatis, cum juxta gradus consanguinitatis computentur etiam gradus affinitatis.
- 13 Assignantur nomina propria consanguinitatis.
- 14 Item assignantur nomina propria affinitatis.
- 15 Ineruntur ex aliena manu add., ad num. 20.

AFFINITAS est propinquitatis quarumdam personarum orta ex copula carnali licita, vel illicita unius cum consanguineo, vel consanguinea alterius. Est comm. inter DD. & colligitur ex l. non facile §. sed quoniam, ff. de grad. affinitatis & Gloss. in decretal. arboris affinitatis caus. 35. q. 5. §. Est autem, ubi dicit quod, affinitas est personarum proximitas ex coitu proveniens, omni carens parentela. Ut contrahatur affinitas, debet copula esse perfecta ad generationem prolis sufficiens per seminum commixtionem, taliter quod licet virginitatis claustrum frangatur, seu penetretur, si tamen extra vas muliebri effunditur, non contrahitur affinitas, cap. Lex divina 18. caus. 27. quest. 2. ubi Benedictus primus sic ait: Sed neque osculum parit propinquitatem, quod nullam facit seminum commixtionem, & sic deducitur ex cap. Extraordinaria pollutio 11. caus. 35. quest. 10. & c. Porro 3. caus. 3. q. 5. & in præcis terminis sic habet S. Thomas in 4. distinct. 41. quest. unic. art. 1. question. 4. ad 2. Quantumcumque aliquis claustra pudoris invadat, vel frangat, nisi commixtio seminum sequatur, non contrahitur ex hoc affinitas. Immo ita dependet affinitas ex seminum commixtione, ut ipsa nec contrahatur ex matrimonio rato nondum consummato, licet ex eodem oriatur impedimentum publicæ honestatis, sic gloss. in cap. Si quis desponsaverit 37. q. 2. in fin. cum communi. Et ratio est, quia conjuges per matrimonium ratum, & non consummatum, non fiunt duo in carne una, cum ta-

les solummodo fiant per carnalem commixtionem, & perfectam consummationem, ut expressè habet S. Thomas in 4. dist. 42. q. unica art. 1. questione. 4. ad 2. his verbis: Vir, & mulier efficiuntur in carnali copula una caro per commixtionem seminum.

Affinitas contrahitur ex copula perfecta habita cum femina prorsus invita, & renitente, & contra cum simili viro dormiente, ebrio &c. cap. Discretionem de eo, qui cognovit consanguineam; & ratio est quia ille coitus altero etiam invito, vel dormiente, aut ebrio aptus est secundum se ad generationem, ut in dies experientia demonstrat, & clarè constat ex factio filiarum Lot Genes. cap. 19. num. 33. & seqq. ubi Scriptura testatur duas filias Lot concepisse de patre suo ebrio, licet ille non serierit, non quando filie accubuerunt, nec quando surrexerunt. Tum quia ad contrahendam affinitatem non requiritur voluntas personarum se invicem carnaliter cognoscentium, sed sufficit ipsa carnalis cognitio etiam personæ invitæ, & quantum ex se nolentis, tetum expresso in cit. cap. Discretionem, ergo sicuti ex tali carnali cognitione, & seminum commixtione oritur unitas inter personas se cognoscentes, & carnaliter commiscetas juxta illud Genes. 2. ad 2. Erunt duo in carne una, & 1. ad Corinth. 6. qui adheret meretrici, unum corpus efficitur, ita ex ipsa inter consanguineos feminæ carnaliter cognita, virum carnaliter cognoscentem, & inter consanguineos viri carnaliter cognoscentis, & feminam carnaliter cognitam oritur affinitas, seu impedimentum affinitatis.

Affinitas jure antiquo dirimebat matrimonium usque ad septimum gradum: cap. Nullum, & cap. Equaliter, caus. 35. quest. 3. At novo, & hodierno jure affinitas ex copula licita, id est, conjugali, dirimit matrimonium tantum usque ad quartum gradum, ut expressè habetur cap. Non debet 8. de consanguinitate, & affinitate præcis his verbis: Prohibitio copule conjugalis quartum consanguinitatis, & affinitatis gradum de cetero non excedat, quoniam in ulterioribus gradibus jam non potest absque gravi dispendio hujusmodi prohibitio generaliter observari. Et affinitas orta ex copula illicita, id est, ex fornicaria, vel adulterina, dirimit matrimonium solum usque ad secundum gradum, ut expressè statuit Concil. Trident. sess. 24. de Refor. matrimon. cap. 4. his verbis: Præterea Sancta Synodus gravissimis de causis adductis, impedimentum, quod propter affinitatem ex fornicatione contractam inducitur, & matrimonium postea factum dirimit, ad eos tantum, qui in primo, & secundo gradu conjunguntur, restrinxit: in ulterioribus vero gradibus statuit hujusmodi affinitatem matrimonium postea contractum non dirimere. Et latius declaravit S. Pius V. in constit. incip. Ad Romanum edita 18. Novemb. 1566. his præcis verbis: Nos omnem ambiguitatem tollere, & animarum tranquillitatem, quantum cum Deo possumus, consulere volentes, declaramus, & auctoritate apostolica decernimus, nullum hodie impedimentum remanere, quominus in ulterioribus gradibus hujusmodi liberè, & licitè matrimonium contrahi possit.

Affinitas non parit affinitatem; est definitum in Concil. Generali Lateranensi IV. sub Innocentio III. & habetur cap. Non debet, de consanguinitate, & affinitate; carnaliter enim se cognoscentes contrahunt quidem affinitatem cum alteris respectivè consanguineis; non autem cum affinitas. Hinc est quod unus potest successivè ducere duas feminas, quæ nuperunt duobus fratribus, duo fratres possunt ducere sorores, & unus eorum potest ducere matrem, & alter filiam, pater, & filios possunt ducere matrem, & filiam, & sic de aliis similibus affinitas, quia ex carnali commixtione fit quidem vir affinis cum consanguineis feminæ, & contra; non tamen consanguinei ipsius viri affines cum consanguineis feminæ, & contra, ut expressè definit Innoc. III. in cap. Quod supet, de consanguinitate & affinitate. Super eo igitur quod pater, & filius cum matre, & filia, avunculus, & nepos cum duobus sororibus contrahunt matrimonium, taliter tibi diximus respondendum, quod licet omnes consanguinei viri sint affines uxoris, & omnes consanguinei uxoris, sint viri affines; inter consanguineos tamen uxoris, & viri, ex eorumdem scilicet viri, & uxoris conjugio nul-